

minum fratrem Georgium de Guttuariis Abbatem olim dicti Monasterii, & investituram, ac confirmationem dicte Abbacie facta dicto Domino fratri Alberto Abbati antedicto per Reverendum in Christo Patrem, & Dominum D. A. Dei, & Apostolice sedis gratia Abbatem monasterii Fructuariensis, Iporediensis Diocesis, sub quo quidem monasterio Fructuariensi monasterium sancte Julie fundatum est, & membrum dicti monasterii Fructuariensis, ut de predictis resignatione, & investitura asseritur patere publicis documentis, ac instrumentis scriptis, & rogatis manu Jacobi Saglerii de sancto Benigno publici Notarii scribæ, & officialis predicti Domini Fructuariensis Abbatis hoc eodem anno inditione, & die ecc. Ac etiam nisi favoribus, beneficiis, & gratiis eisdem succurratur, nequeunt in dicto loco congrue vivere, liberosque suos alere, firmam fidem, & indubiam spem in prefatum Dominum Abbatem gerente, cupientes quoque gratiarum beneficiis refici, suisque a dicto eorum Domino miseris, & opportunitatibus subveniri, quarundam gratiarum a predecessore prefati Domini G. olim Abbatis etiam a dicto Domino G. predecessore ipsius Domini fratris Alberti dictis hominibus concessarum obscuritatem concernentes, & affectantes declarari, & eis circa necessitates de gratiis provideri, ut cum ipso Domino Abbate possint, & valeant de bono in melius pertransire, & in ipsius Domini Abbatis mandatis, & servitiis perseverare veris extantibus antedictis; ecce quod Joannes Ferrarius, Manuel Mura, & Unyfredus de Cerreto omnes de dicto loco Monasterii dicte universitatis, ut de dicto sindicatu patet publico instrumento scripto, & hodie paulo ante istud rogato per me Notarium infrascriptum ad infrascriptas gratias a prefato Domino fratre Alberto eorum Domino postulantes effectualiter impetrandas ab universitate predicta specialiter constituti, & ordinati, necnon infrascripti homines dicti loci Monasterii, & universitatis dicti loci, quorum nomina prout infra sunt descripta. Primo Carbonus, Thomas Gamba, Oglerius Calceatus, Gullielmus Calceatus, Ruffinus Boschus, Ogerius Basterius, Conradus Bucha, Jacobus Balbus, Gian. Gullielmus Thochus, Fabianus Gamba, Gullielmus Farina, Gullielmus Calceatus, Jacobus Sartor, Bresanus Calceatus, Alianus de Dego, Rolandus Calegarius, Henricus Ferrarius, Manfredus Roga, Antonius Ferrarius, Jacobus Spagnolus, Odonus Burgexius, Colla de Boxia, Federicus Gibellus, Facinus Gallus, Jacobus de Pacio, Anselmus Crapa, Albertinus Testanova, Jacobus de Alexandro, Henricus Gamba, Antonius Borellus, Marchetus Dotus omnes de dicto loco Monasterii, & ibi habitantes adunati, & convocati una cum dictis Sindicis pro presenti negotio terminando, & complendo, & in omnibus universitas predicta . . . intellecta extitit presentate loco vice, & nomine totius universitatis predictæ, & singularum personarum dicte ville a prefato Reverendo Domino fratre Alberto de Guttuariis Abbate dicti monasterii sancte Julie eorum, & dicte universitatis, & dicte ville, & singularum personarum dicte ville Monasterii in spiritualibus, & temporalibus Domino generali unanimes, & con-

cordes cum ea, qua decuit reverencia, piis, & devotis precibus supplicaverunt, quatenus ipsius Domini Abbatis bonitatis clementia misericorditer sit dignata, supplicationibus predictis infrascriptis gratias dicte universitatis nomine postulantes admittere, & inferius requisitas dictis supplicantibus, & postulantes effectu favorabiliter consentire, atque gratiarum a retro venerabili viro Domino Henrico de Cerreto Dei gratia prefati monasterii Abbatis, predecessoresque presentis Domini Abbatis ipsi universitati, & hominibus concessis ambigua declarare. Qui quidem Reverendus Pater, & Dominus frater Albertus Abbas modernus dicti monasterii, vinculo caritatis, & stimulo pietatis adductus, advertens, quod iuste postulantes minime denegatur assensus dictis supplicantibus nomine, & vice dicte universitatis, & singularum personarum dicte universitatis in omnibus, & singulis requisitis gratiis immunitatibus, subsidiis, & beneficiis, ut infra sequitur seriofius per ordinem postulantes gratanter admisit, & ipsis supplicantibus prout infra sequitur, & dicte universitatis, & hominibus, & personis dicte universitatis ad laudem omnipotentis Dei, & ad honorem, & augmentum dicti sui monasterii, & pro evidenti bono, & utilitate dicti monasterii. Cum homines sint thesaurus dicti Monasterii intuitu pietatis complacuit, & dubia premissa gratiarum modo, quo sequitur, declaravit. Quibus quidem decisionibus, compositionibus, conventionibus, definitionibus, pactis, transactionibus, subventionibus, servitutibus, obligationibus, gratiis, beneficiis, immunitatibus, exemptionibus, & omnibus, & singulis infrascriptis dicti Sindici, & homines infrascripti versa vice, & loco, & vice, & nominibus quibus supra in omnibus, & per omnia superscripta ordinatione, que sequitur, consenserunt. Quarum quidem ordinationum, diffinitionum, transactionum, pactorum, conventionum, permissionum, & obligationum, decisionum, exemptionum, beneficiorum, & immunitatum, ac declarationum, gratiarum per retro quondam Dominum H. Abbatem, ut premititur concessarum forma sequitur per ordinem, prout infra. Primo, quod domus, & sedimen cum eorum curtis, & apparatu situate intra fossata predictæ ville Monasterii, que fuerunt concessæ ab Abbatibus dicti loci ad aliquem terminum pro certo fictu sint, & intelligantur perpetualiter, & perpetualiter concessæ hominibus dicti Monasterii stantibus, & habitantibus ad ignem in dicto loco Monasterii, & cuilibet ipsorum, taliter quod dicti homines Monasterii stantes, & habitantes, ut supra possint, & valeant inter se ipsos ipsas vendere, & alienare ad eorum liberam voluntatem cum consensu Domini Abbatis tantum. Et dictus Dominus Abbas teneatur, & debeat eis consentire solvendo venditor de pretio valoris dicte domus, & sediminis per ipsos venditis solidos duos Janue pro qualibet libra dicto Domino Abbati, & successoribus suis nomine dicti Monasterii. Et ultra quod quilibet ignis de Monasterio teneatur facere roxiam unam ad cavandum vineam pro fictu Domino Abbati, & successoribus suis nomine dicti Monasterii quolibet anno in possessione, videlicet dicti Monasterii existente con-